



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus XVI. De Dominica IV. in Quadragesima, & Ferijs infra Hebdom. IV.
Quadragesimæ occurrentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937

TITULUS XVI.

De Dominica IV. in Quadragesima, & Ferijs infra Hebdom. IV. Quadragesimæ occurrentibus.

DOMINICA IV. in Quadragesima (quæ ab Introitu Missæ dicitur *Letare*) est pariter *Dominica Major*, seu *privilegiata* 2. *Classis*, ac proinde & ipsa tam quoad *Officium*, quàm quoad *Missam* eodem proportionaliter *Ritu* ac *Modo* celebratur, quò II. & III. in Quadragesima, de quibus Titulis 2. proximè præcedentibus. Illud tamen habet peculiare, quòd, cum *Letitiam* indicet isthæc Dominica, Diaconus & Subdiaconus in Missa solemnè utantur Dalmaticis & Tunicellis Violacei Coloris, ac pulsentur Organa (sed ad Missam solennem tantum) uti

in Dominica 3. Adventus, quæ ob similem causam dicitur *Dominica Gaudere*, ut ibi : Altare quoque paratur festiviùs, quàm in alijs Dominicis : possunt enim adhiberi flores, & Imagines, aut Reliquiæ, non verò in alijs Dominicis. *Baudry P. 4. c. 5. n. 4.*

FER. III. infra Hebd. IV. Quadr. Respons. 1. & 2. propr. 3. ut in II. Noct. Dom. præced. Fer. III. (in qua post Kyrie eleison Oremus, stectamus genua, ac duplex Lectio) uti & Sabbatò ex III. Noct. Dominicæ præced. FER. V. ex I. Noct. ejusd. Dominicæ. FER. VI. ex II. Noct. illius. Reliqua, ut in loco.

TITULUS XVII.

De Sabbato ante Dominicam

Passionis.

SABBATO huic (dicto *Sitientes*, eò quòd *Introitus* hodiernæ Missæ incipiat ab hoc Verbo) ex Decr. *Gelasij I. Dist. 75.* concessa est *Ordinatio Presbyterorum*, ac *SS. Ord. Collatio*. *Ante primas Vesperas Dominicæ de Pas-*

sione, etiamsi sint de Sancto, teguntur ex Cæremon. Episc. L. 2. c. 20. Sabbatò isthòc Cruces & Imagines Salvatoris per Ecclesiam Velis Violacei Coloris, in quibus non appareat ulla figura, seu Imago, ne quidem Insignia Passionis ; nullaque ponentur